

JACOBI DE VITERBIO O.E.S.A.

QUAESTIONES DE DIVINIS PRAEDICAMENTIS

QUAESTIO XXII

Le texte de la question XXII¹: *Utrumque Deus vere et proprie dicatur actus*, a été conservé intégralement dans les cinq manuscrits. Il couvre en B, (Bordeaux, Bibliothèque de la Ville *ms* 167) les feuillets 67^{vo}b-69^{vo}a; en N, (Naples, Biblioteca Nazionale *ms* VII C 4) les ff. 58^{vo}b-60^{vo}a; en T, (Toulouse, Bibliothèque de la Ville *ms* 56) les ff. 165^{vo}b-167^{vo}a; en P, (Padoue, Bibliothèque de l'Université *ms* 2006) les ff. 35b-36a; et en R, (Rome, Bibliotheca Angelica *ms* 213) les ff. 87^{vo}b-92^{vo}a.

Rédigée de façon habituelle, la question ouvre par dix arguments affirmant qu'il faut y répondre négativement, et un autre au contraire qu'il faut y répondre dans un sens positif. L'exposé qui suit a été composé en quatre points et se termine par la réfutation des dix arguments négatifs.

On rencontre des omissions plus ou moins importantes dans les différents manuscrits, surtout en B et N², parfois corrigées, mais aussi des additions³.

Dans cette question Jacques de Viterbe renvoie au Philosophe, au Commentateur, à Boèce, à Jean Damascène, à Simplicius et aux questions précédentes et aux Disputes quodlibétiques. En ce qui concerne ces renvois, nous nous référons aux éditions habituelles⁴.

¹ Voir: Jacobi de Viterbio o.e.s.a. Quaestiones de Divinis Praedicamentis. Quaestio XVIII. *Augustiniana* 38 (1988), 67-98; Quaestio XIX. *Ib.* 39 (1989), 154-185; Quaestio XX. *Ib.* 42 (1992), 351-378. Quaestio XXI. *Ib.* 44 (1994), 177-208.

² Voir les notes aux lignes 41, 51, 67, 221, etc.

³ Voir les notes aux lignes 108, 145, 227, 247.

⁴ ALGAZEL, Algazel's Metaphysics. A medieval translation. ed. J.T. MUCKLE C.S.B., Toronto 1933. ARISTOTELES et AVERROES, Aristotelis omnia quae extant opera, selectis translationibus ... illustrata ... Averrois Cordubensis in ea ... Commentarii. ed. Venetiis 1562/74; re-ed. Frankfurt 1963. Vol. IV, IX, etc. AVICENNA, Avicene perhypatetici Philosophi ... opera ... logica ... philosophia prima. ed. Venetiis 1508; re-ed. Frankfurt 1961. BOETHIUS, De Trinitate — PL 64; De Hebdomadibus — PL 64. JOHANNES DAMASCENUS, De Fide Orthodoxa — PG 94; Saint John Damascene. De Fide Orthodoxa. Versions of Burgundio and Certanius. ed. E.M. BUYTAERT, N.Y./Louvain/Paderborn 1955. SIMPLICIUS, Commentaire sur les Catégories d'Aristote, traduction de Guillaume de Moerbeke. ed. A. PATTIN O.M.I., II vol. Louvain/Paris, 1971; Leiden 1975. JACOBUS VITERBIENSIS, Quaestiones de Divinis Praedicamentis. Quaestiones I-X. ed. E. YPMA O.S.A., Romae 1983. Quaestiones XI-XVII. ed. E. YPMA O.S.A., Romae 1986. Disputatio prima (secunda, tertia, quarta) de Quolibet. ed. E. YPMA O.S.A., Würzburg 1968-1975.

DE PRAEDICAMENTIS IN DIVINIS QUAESTIO XXII

Quaestio est: Utrum Deus vere et proprie dicatur actus.

- (1) Et arguebatur quod non. Non enim Deus potest dici actus primus qui est esse, quia affirmationes sunt in Deo incompactae; et quia agere praesupponit esse, ideo nec etiam potest dici actus secundus qui est agere.
- 5 Quare nullus actus de ipso dicitur, quia non dicitur actus nisi vel primus qui est esse, vel secundus qui est agere.
- (2) Praeterea, si actus diceretur de Deo vel significaret substantiam vel accidens. Sed non accidens, quia in Deo non est accidens, nec substantiam, quia dicit Damascenus, Primo Libro, oportet singulum eorum quae in Deo dicuntur non quod secundum substantiam est significare extimare, sed
- 10 quod non est ostendere. Igitur actus de Deo non dicitur.
- (3) Praeterea, Deo convenit esse primum principium. Sed primum principium non potest esse actus; igitur Deus non est actus. Minor probatur ratione quam Philosophus ponit, III Metaphysicae, ubi quaeritur utrum
- 15 principia sint actu vel potentia. Et arguit quod non sint actu, quia semper actum praecedit potentia et prior est eo naturaliter. Nam prius natura est a quo non convertitur subsistendi consequentia, ut unum est prius duobus. Sic autem se habet potentia ad actum. Sequitur enim si est actu, potuit vel potest esse; non autem sequitur econverso, quod, si est potentia vel si
- 20 potest esse, quod fuerit vel sit actu, et cetera.
- (4) Praeterea, illud quod dicit aliquid additum essentiae, non potest dici de Deo proprie, quia Deus est ipsa essentia et simplex cui nihil est additum.

Sed actus dicit aliquid superadditum essentiae et est praeter ratio-

25 nem eius. Quod probatur, quia actus secundum Philosophum in IX Me-

2 (quod) non *om.* B non enim/non *post* Deus BN 3 qui/quia non N sunt *post* incompactae B 4 praesupponit/supponit BN dici/esse B1N; *om.* B qui/quia T 5 quia non dicitur actus *om.* N nisi *add.* vel T 7 substantiam vel accidens/accidens vel substantiam T 8 non *add.* est N (Deo) non est accidens *om.* N dicuntur *ante* in Deo BN secundum *om.* N est *om.* N 11 (non) est *add.* ex T 12 Sed primum principium/et B; *om.* N 13 Minor probatur ratione quam/Minori ratione erguitur quam B; minorem rationem N 14 quaeritur/quaerit N 16 potentia/potentiam T prius/prior B 17 subsistendi *lect. inc.* BN 18 actu *add.* vel BN potuit *add.* fieri BN 19 quod *om.* BN 20 fuerit *lect. inc.* BN 24 superadditum *add.* et T 25 in *om.* BN IX/IV B

9. De Fide Orthodoxa I. cap. IX. PG 94,835A; ed. Buytaert: p. 48.

14. Vol. VIII. 37° HIK.

25. Vol. VIII. 230°B; Bekker 1047 a/b.

taphysicae, est existere rem non potentia sed actu; et sic dicit actualem existentiam. Esse autem actuale est praeter rationem essentiae et superadditur ei. Ergo, et cetera.

Et addebatur quod nihil est in Deo quod sit praeter rationem essentiae, quia secundum Boetium, cum unum aliquod dicitur de Deo omnia significantur. Cum enim Deus dicitur iustus, per hoc intelligitur quidquid est in Deo; non autem sic est in creaturis. Ergo, et cetera.

(5) Praeterea, Philosophus in IX Metaphysicae, ubi determinat sententialiter de actu et de modis omnibus actus, dicit quod quaecumque dicuntur actu, vel dicuntur sicut hoc ad hoc, vel motus ad aliquam potentiam, vel sicut hoc in hoc ut substantia, idest forma ad aliquam materiam, nec tangit alios modos actus. Sed Deus neutro modo est actus, quia nec est motus nec est forma in materia. Ergo, et cetera.

(6) Praeterea, cui non convenit esse in potentia, ei non convenit esse in actu vel actum. Sed Deo non convenit esse in potentia, ergo nec esse actu vel actum. Minor satis patet, cum esse in potentia dicat imperfectionem. Maior declaratur ex eo quod actus et potentia sunt contraria. Contraria vero nata sunt fieri circa idem, quia sicut dicunt idem genus, ita sunt in eodem subiecto.

Quod actus et potentia sint contraria, patet per Commentatorem in III Metaphysicae, et similiter in IX, ubi dicitur quod sunt contraria relata; ideo per aliud invicem definiuntur, quia esse actu est esse in dispositione in qua non est cum fuerit in potentia, et econverso esse in potentia est esse in contraria dispositione.

(7) Praeterea, quia Respondens dixit quod quidquid est in Deo est actus, et ideo vere et proprie est actus, arguebatur: Relatio enim vere et proprie est in Deo, quae non est actus, quia, cum sint in Deo plures relationes, essent in eo plures actus; quod est absurdum dicere.

(8) Praeterea, cui convenit maxime potentia, ei non potest convenire

26 rem *om.* BT 29 addebatur/addebat N essentiae *om.* N 31 significantur/significat BN 33 (Philosophus) in *om.* BN 35 ad hoc vel ... vel sicut hoc *om.* TRP 37 actus/agens N (nec) est *om.* T 39 esse in *add.* nulla BN 41 satis patet ... Maior *om.* BN 42 contraria vero/quia BN 44 subiecto/genere T 45 Quod *add.* autem T in *om.* BN 45 III./nono (?) B dicitur/dicit BN 50 quia/quod B (dixit) quod *om.* BN (quidquid) est *om.* N 51 et ideo ... est actus *om.* B arguebatur *add.* contra T 52 cum/si T 54 convenit *add.* esse BN

30. De Trinitate cap. IV. PL 64,1252 AB.

33. Vol. VIII 235F, 235^oG; Bekker 1048b.

45. Vol. VIII 62^oJK; Bekker 1002b, 1003a; text. com. 19 Vol. VIII 63,B.

46. text. com. 11 Vol. VIII 236^oG; cfr. text. com. 13 Vol. VIII 239 L - 240 D.

55 maxime actus, sed secundum quid, cum potentia opponatur actui. Et cui
convenit maxime unum oppositorum et simpliciter, ei non potest convenire
maxime similiter aliud; sed si convenit ei, hoc est aliququaliter et secundum
quid. Sed Deo convenit maxime potentia, cum ipse sit maxime potens;
ergo actus non convenit ei maxime, sicut dicit Respondens.

60 (9) Praeterea, quia dicit Respondens quod Deus se toto actus, argueba-
tur: sicut se habet materia prima ad rationem potentiae, sic Deus ad ratio-
nem actus. Sed materia prima non se ipsa tota est potentia, quia cum sit
aliquid et non nihil, aliquem actum dicere videtur.

Item, in ea sunt habilitates vel habitudines per formas, ad quas
65 habilitates dicitur esse in potentia. Igitur Deus non se toto est actus.

(10) Praeterea, quod est aliquo modo compositum, non est actus, licet
possit dici in actu. Sed in Deo est compositio aliqua, ergo non est actus;
poterit tamen dici esse in actu. Minor sic probatur. Non enim potest esse
aliquid idem re cum aliquo, et differens re ab illo, per unum et idem re.

70 Sed Pater est idem Filio re, quia sunt unum essentialiter; et est differens ab
illo re, quia sunt distincta personaliter. Igitur non per unam rem est unum
et differt, sed per aliam et aliam. Ubi autem est alia et alia res, ibi est
compositio. Quare in Deo est compositio, quia in qualibet persona divina.

75 In contrarium arguebatur, quia actus videtur importare perfectio-
nem. Quare, et cetera.

Ad huius quaestionis dissolutionem sic procedendum est:

I Primo quidem videndum est quid est actus, et de proprietatibus
80 ipsius actus.

II Secundo videndum est quomodo distinguitur actus. Nam actus,
cum sit de generalibus et consequentibus ens, non definitur, sicut et alia
huiusmodi. Ideo videndum est de modis actus, et quomodo illi se habent
ad nomen et rationem actus.

85 III Tertio videndum, an proprie dicatur de Deo.

IV Quarto ulterius ostendetur ex his, an sit necesse esse. Nam cum
possibili opponatur necesse esse et etiam potentiae actus opponatur, videtur

55 actus *add.* actus T potentia *add.* non BN 56 non potest *add.* factu ei B 57
maxime *add.* ei BN; *add.* et P aliud *om.* B; ei N aliququaliter et *om.* T 59 ei *add.*
et BN 60 se toto *add.* dicitur B 63 non *add.* non T aliquem actum *add.* actum T
65 (non) se *om.* B 67 est/erit BN Sed in Deo ... esse in actu *corr.* B1; *om.* B 69
(idem) re/rei N 70 sed/si B sunt/est BN 72 et differt/et differunt N; differenti B
73 qualibet/aliqua BN 76 quare/ergo B 78 sic/si T 80 ipsius *om.* B 81 est *om.*
T 83 (videndum) est *om.* T et/vel B 86 ex his *post* ostendetur BN

quod necesse esse consequitur actum; ita, sicut se habet aliquid ad actum, ita ad necessitatem essendi.

90

I Quantum igitur ad primum sciendum quod Philosophus in IX Metaphysicae describit actum hoc modo: «Actus est existere rem non ita sicut dicimus potentia». Ad cuius notificationis evidentiam est sciendum quod huiusmodi communia proprie non definiuntur, sed possunt aliququaliter notificari. Oportet autem hoc notificari per ens quod est prius ipsis; sed quia non est genus, ideo non facit definitionem. Unde nec in aliis definitionibus ponitur ens, sicut principia quae dicuntur dignitates, ingrediuntur demonstrationem virtualiter; et similiter ens definitionem.

Quare proprie definitio assignari non potest per ens, quia non est
100 genus, ut probatur per Aristotelem in III Metaphysicae; tamen potest sumi ex ente aliqua notificatio. Unde huiusmodi communia, scilicet partes entis et accidentia per se entis, notificantur per ens et per aliquid quod specificet aliquem modum entis, ut esse per se substantiam, et sic de aliis. Et sic actus notificatur per ens, quia existere rem et per aliquid specificatum,
105 cum subditur, «non sicut dicimus potentia».

Est enim sciendum quod haec specificatio, qua notificantur huiusmodi communia, quandoque accipitur positive, quandoque remotive, idest secundum remotionem oppositi modi. Unde cum dicitur substantia est ens, non in alio est per remotionem; cum dicitur substantia est ens perfectum
110 positive. Specificatio ergo in notificatione actus sumitur per remotionem oppositi modi, quia est esse non sicut potentia.

Sed quia adhuc est ignotum quid est esse potentia, ideo haec definitio vel notificatio non est plene notificans actum.

Ideo Aristoteles subdit alium modum notificandi, scilicet per inductionem sumptam secundum proportionalitatem quandam. Sic enim princi-
115

88 aliquid *ante* se habet B 91 in *om.* BN IX *mss.* V 92 describit/discrit T
94 proprie/propria T 96 definitionem *mss.* diffinitionem (*ac ita deinceps*) 99 assignari *post* potest T 100 in *om.* BN sumi/sui N 102 specificet/specificat BN 105 cum/tamen B subditur/subdit B 106 haec specificatio/notificatio BN notificantur/specificantur BN 108 est ens *add.* nominatio est imperfectionem est dicitur substantia est ens T 111 quia/qui N 112 quid est esse potentia *om.* BN definitio vel notificatio/notificatio vel definitio BN 113 actum *om.* N 114 modum/actum T scilicet/sed B inductionem/inductive B 115 proportionalitatem/proportionem BN sic/sicut BN principium *add.* hoc BN

91. Vol. VIII 235 E; Bekker 1047a.

100. Vol. VIII 47^vHJ; Bekker 998b 20/30.

pium: omne totum est maius sua parte, inductione potest notificari, similiter quid est actus inductive fit manifestum, tamen cum proportionalitate, quia haec inductio est per comparisonem ad potentiam, quae dicit modum oppositum illi modo quem dicit actus.

120 Unde dicit Aristoteles consequenter: «Palam autem in singularibus inductione quod dicere volumus, et non oportet omnis rei inquirere terminum. Sed proportionale conspiceretur» ut dicatur quod actus est, qui ita se habet ad proportionem, sicut «aedificans ad aedificabile, et» sicut «vigilans ad dormiens», et cetera.

125 Potest autem specificari modus essendi quem actus dicit aliquo modo positive, ut dicamus quod actus est rem existere complete, potentia autem econtra incomplete, vel actus dicit completionem in esse et determinationem, potentia incompletionem, et defectum et indeterminationem.

130 Unde Commentator dicit, in VIII, quod «translatio de potentia ad actum non largitur multitudinem, sed perfectionem in esse». Unde actus dicit aliquid completum in esse, potentia vero deficiens ab esse et appropinquans ad non esse.

Unde et secundum Philosophum ens in potentia non est simpliciter ens, cum quaedam non-entia dicantur esse in potentia, et dicuntur non-entia quia non sunt actu; ens autem actu dicitur simpliciter ens. Patet igitur
135 quid est actus.

Ex hac autem notificatione actus possunt considerari eius proprietates. Sicut autem eius notificatio sumitur per comparisonem ad oppositum, sic et eius proprietas.

140 Possumus autem colligere ex dictis Philosophi sex proprietates ipsius actus.

116 inductione/per inductionem *post* notificationem P 117 proportionalitate/proportione
BN 118 quae/qui T modum *lect. inc.* T 120 singularibus/singulis BN 121
inductione/inductionibus BN; inductionem TRP dicere/habere BN inquirere/quere
N; quaerere TRP rei inquirere/requaerere B 122 sed *add.* particularem *lect. inc.* T;
aut per *lect. inc.* R proportionale/proportionalem T qui/quia T 123 proportio-
nem/potentiam BN aedificans/hedificans BR 124 et cetera *om.* BN 128 (incom-
pletionem) et *om.* T 130 non/si T sed/licet BN 134 non *om.* BN esse *post*
potentia BN 135 non *om.* B autem *om.* T 137 hac *om.* N; autem *post* notificatio-
ne BN actus *add.* potest considerari eius proprietas seu BN 138 eius *om.* B 140
colligere *post* philosophi BN sex/quinque BN

120. Vol. VIII 235F, 235^oG; Bekker 1048a/b.

129. text. com. 15 Vol. VIII 224 A.

133. Vol. VIII 116^oGH; Bekker 1017b.

Prima est distinctio. Unde dicit Philosophus, in VII, quod actus separat et distinguit; et ratio huius patet ex dicta notificatione. Distinctio enim non est in non-ente, sed in ente, quia distinctio praesupponit unitatem. Unum autem fundatur in ente, et idem est re quod ens. Actus ergo
 145 qui dicit complementum essendi, dicit distinctionem. Potentia vero econtra, quia recedit ab esse et tendit ad non esse, dicit indistinctionem.

Secunda proprietas est prioritas, quia actus est prior potentia, et perfectione sive dignitate et tempore vel duratione simpliciter loquendo,
 150 licet in eodem quod de potentia procedit ad actum tempore sit potentia prior. Et hoc sequitur etiam ex dicta notificatione. Ens enim simpliciter prius est non ente, licet in eodem non-ens tempore sit prius ente. Actus autem dicit simpliciter entitatem, potentia vero non, sed magis quamdam non-entitatem.

Tertia proprietas est immutabilitas. In quantum enim aliquid est actu, est immutabile, quia actu praesente cessat motus. Mutatur autem unumquodque secundum quod potentia est, cum sit motus actus entis in potentia secundum quod in potentia.

Et haec etiam conditio sequitur ex notificatione praedicta, quia
 160 secundum quod aliquid habet esse, secundum hoc immutabile est. Mutatur autem secundum hoc quod habet de non esse. Unde creatura mutabilis dicitur, ideo quia de nihilo est et in nihilum de se convertibilis est.

Actus autem dicit complementum essendi; potentia autem dicit non-esse quoddam. Ideo, et cetera.

Hinc est quod Philosophus IX Metaphysicae dicit, quod nihil semipiternum est in potentia, sed solum actu secundum quod huiusmodi; et verum est secundum quod huiusmodi. Sed illud est in potentia quod convenit esse et non esse. Et ex hoc probat quod actus est prior potentia, quia

143 huius/eius BN 145 quod ens. *add.* et quia tanto est aliquid magis distinctum ab aliis quanto magis fuerit in se distinctum, ideo actus dicit unitatem; et quia tanto magis unum in se quanto simplicius, ideo dicit simplicitatem. Unde quanto aliqua minus habent de potentia et plus de actu, tanto simpliciora sunt. Et si dicatur de elementis et mixtis, dicendum quod elementa sunt composita, quia sunt componibilia et qui in se composita. BN 146 potentia vero ... dicit indistinctionem *om.* B 149 sive/sui B vel/sive BN simpliciter/similiter T 150 tempore *post* prior BN; *om.* P 153 vero *om.* BN sed magis quamdam non-entitatem/Quare, et cetera BN 155 Tertia *lect. inc.* B enim *add.* est B 158 secundum quod in potentia *corr.* B1; *om.* B 160 quod aliquid/quia N 160 est *om.* P 161 Unde *add.* quia BN 162 de nihilo est *lect. inc.* B; de nihilo ab *corr.* B1 167 huiusmodi *om.* T

142. VII Metaphys. Vol. VIII, 199 AB; Bekker 1039a.

165. Vol. VIII, 242^{vo}KL; Bekker 1050b.

sempiterna quae sunt actu tantum sunt principia corruptibilium quae sunt
170 potentia.

Quarta proprietas est causalitas vel efficientia. Unumquodque enim causat et efficit secundum quod actu est; secundum autem quod potentia est, deficit a ratione causalitatis.

Unde Philosophus, in IX Metaphysicae, ex hoc probat prioritatem
175 simpliciter actus ad potentiam, quia illud quod est in potentia non exit in actu nisi per aliquod ens actu, quod est causa talis exitus de potentia in actu. Et haec proprietas sequitur ex notificatione illa, quia unumquodque est causativum et agit secundum quod est ens, cum actio praesupponat esse. Agere enim est dare alii esse; quod facere non potest nisi ipsum sit;
180 secundum autem quod aliquid non est, secundum hoc deficit ab agendo. Actus autem dicit completionem essendi; potentia vero defectum agendi et quoddam non esse.

Quinta conditio est bonitas. In tantum enim unumquodque dicitur bonum in quantum est actu; secundum autem quod est in potentia recedit a
185 bono et tendit ad malum.

Unde Philosophus in IX Metaphysicae dicit quod actus bonus est melior quam bona potentia. Unde malum semper sequitur potentiam, quia privatio non est sine potentia; quae quidem privatio malum est. Et haec conditio sequitur ex notificatione praedicta, nam, ut dicit Boetius, in Libro
190 De Hebdomadibus, omnia in quantum sunt, bona sunt; econverso vero in tantum mala sunt, in quantum deficiunt ab esse. Actus autem dicit completionem; potentia vero defectum essendi.

Sexta proprietas est cognoscibilitas et veritas. Unumquodque enim dicitur verum et cognoscibile secundum quod actu; in quantum autem
195 potentia, deficit a cognoscibilitate. Ideo etiam quae sunt actu, sunt maxime cognoscibilia; entia vero materialia, quae sunt potentia, sunt parvae cognitionis. Unde Philosophus in IX declarat quod unumquodque cognoscitur secundum quod actu est.

169 corruptibilium/corruptibilia N sunt *add.* in B 170 enim/autem BN 176 actu
om. N exitus/exitu N 178 (quod) est *om.* BN 183 dicitur/est B 184 quod est
add. in BN 186 in IX/in VIII NT 187 semper *om.* BN 190 Hebdomadibus *mss.*
Ebdomedibus (vero) in *om.* BN 191 (Actus) autem/vero BN 192 (potentia) vero
om. B 194 dicitur *om.* T

174. Vol. VIII, 239 EF; Bekker 1049b.

186. Vol. VIII, 244^oKLM; Bekker 1051a.

189. PL 64, 1312A.

197. II Metaphys. Vol. VIII, 28F; Bekker 993b.

Haec autem conditio sequitur ex dicta notificatione, quia unum-
 200 quodque est cognoscibile in quantum est ens, et secundum quod deficit ab
 entitate, deficit a conditione scibilitatis.

Unde dicit Philosophus in II Metaphysicae, quod unumquodque
 sicut se habet ut sit, ita et ad veritatem. Actus autem dicit completionem in
 esse; potentia vero defectum essendi.

205 Sic igitur patet primum principale.

II Nunc videndum est secundo de modis ipsius actus.

Circa quod solet distingui duplex actus, scilicet actus primus qui est
 esse vel forma, et actus secundus qui est agere et universaliter motus et
 210 operatio.

Hanc distinctionem ponit Philosophus, in IX, ubi dicit «dicuntur
 autem actu non omnia similiter, sed aut proportionaliter, ut hoc in hoc, aut
 ad hoc. Hoc quidem ut motus ad potentiam. Illa vero ut substantia ad
 aliquam materiam».

215 In II De Anima distinguit similiter actum primum et secundum;
 primum ut scientia, secundum ut considerare.

Sed si bene consideremus, haec distinctio non comprehendit om-
 nem actum.

Aliquid enim dicitur actus quod nec est in hoc, nec est sicut motus,
 220 ut esse substantiae in corpore actus est, non tamen in alio, neque est mo-
 tus. Et ideo, ut habeamus plenioram distinctionem actus, oportet altius et
 universalius divisionem accipere.

Potest ergo actus dividi in duos modos hoc modo, quia quidam est
 actus absolutus, quidam vero non absolutus. Haec autem absolutio sumen-
 225 da est per comparisonem ad potentiam. Quidam enim actus est absolutus
 a potentia, quia non habet habitudinem et connexionem ad potentiam;

200 secundum quod/in quantum BN 201 conditione *mss.* cognitione scibilitatis *om.*
 B 202 Unde/ut B in II/in IX BN 204 esse/essentia N; *lect. inc.* B 212 simili-
 ter/simpliciter BN aut *mss.* ut (hoc,) aut/ac T 213 (hoc.) Hoc *om.* B; haec *corr.*
 B1 quidem *mss. add.* enim 215 similiter *lect. inc.* N 216 considerare *lect. inc.*
 T 217 consideremus/consideramus B 219 aliquid/aliquis NB1; *om.* B dicitur/est
 BN quod *corr.* B1; *om.* B 220 ut/et BN actus *om.* BN 221 quod nec est in
 ... Et ideo *om.* T altius/alterius B altius et universalis/universalis et altius BN
 222 divisionem/distinctionem B 226 non *om.* T et/etiam T; *add.* compositionem vel
 P connexionem *add.* habet BN

202. II. Metaphys. Vol. VIII, 247^oHIKL; Bekker 1051b/1052a.

211. Vol. VIII, 235^oG; Bekker; 1048b.

215. Vol. Suppl. II 49 A; Bekker 412a.

quidam vero est non absolutus a potentia, quia habitudinem et connexionem habet ad potentiam.

230 Ut autem melius pateat quomodo aliquis actus est absolutus et quomodo non, sciendum quod aliquis actus dupliciter potest esse connexus potentiae vel habere habitudinem ad ipsam.

Uno modo, quia est ex potentia vel post potentiam, sicut forma ignis in actu est post formam ignis in potentia; non quod sit simul, sed quia unum post aliud et ex alio.

235 Et secundum hoc attenditur quilibet motus. Quilibet enim motus vel mutatio est ex eo quod est in potentia et illud quod est in actu. Nec refert utrum forma dicatur de esse actu vel magis compositum quod magis proprie dicitur.

240 Alio modo dicitur aliquis actus connexus cum potentia, quia est cum ipsa potentia simul; ut tamen est aliquid simul, est actu et potentia.

Uterque autem actus dividitur, quia esse post potentiam dupliciter est, secundum quod aliquid dupliciter dicitur possibile, uno modo secundum potentiam materiae, alio modo secundum potentiam Dei.

245 Primo modo dupliciter, aut secundum potentiam naturalem vel obedientialem. Omne autem quod est possibile secundum potentiam materiae, oportet etiam quod sit possibile secundum potentiam alicuius agentis. Secundum ergo potentiam solius Dei omnia dicuntur possible, etiam antequam aliquid esset. Unde hoc modo omne quod est in creaturis actu, fuit prius in potentia; secundum vero potentiam materiae non omnia sunt
250 possible, quia non omnia habent materiam.

Etiam non omnia quae habent materiam, antequam essent actu, et fuerint in potentia materiae, ut corpora caelestia.

255 Quaedam enim sunt actu quae prius fuerunt actu in potentia materiae potentia naturali; et haec reducta sunt in actu per agens naturale, supposita etiam actione primi agentis cuius virtute omne agens agit.

Quaedam vero sunt in potentia materiae obedientiali; et haec reducuntur in actum, non per agens naturale sed supernaturale in quantum huiusmodi, ut est in operibus miraculosis; in quantum tamen in talibus concurrens actio secundi agentis, hoc est ratione potentiae naturalis.

227 quidam vero ... habet ad potentiam *om.* B; quia non habet ... a potentia *om.* T 231
ipsam/potentiam BN 232 ex/in BN 233 actu est *add.* et N 236 quod est *add.* in
BN (potentia) in/et BN 240 ut tamen est/et cum BR; et tamen N; tamen *om.* T
aliquid simul *add.* est in actu et tamen aliquid simul N 241 autem *om.* BN 242
dupliciter dicitur possibile/dupliciter possibile dicitur BT; dicitur possibile dupliciter N
uno/primo T 244 dupliciter aut *lect. inc.* B vel/ut T; aut R 246 etiam *om.* B
alicuius *om.* N 248 etiam antequam aliquid ... sunt possible *om.* BN esset/est P
251 Etiam non omnia/omnia etiam BN et/ac P; *om.* T 253 enim *om.* B; autem N

260 Quaedam vero non praeexisterunt in potentia materiae, nec naturali
nec obedientiali, sed solum in potentia Dei, ut illa quae fiunt a Deo sine
praesuppositione materiae. Nullus autem talis actus est absolutus.

Similiter alius modus actus non absoluti, scilicet esse cum potentia,
dividitur. Nam esse cum potentia potest dupliciter intelligi, vel secundum
265 eandem perfectionem, vel secundum diversas, sicut dicimus quod aliquid
est actu quantum ad unam perfectionem, et est in potentia quantum ad
aliā; sive illae perfectiones sint oppositae et non possint simul stare, ut
cum est potentia aer et actu ignis, et potentia album sed actu nigrum, sive
illae perfectiones possint simul stare, sicut aliquid est actu homo et poten-
270 tia sciens. Et sic de aliis.

Secundum autem perfectionem eandem convenit ut quando perfec-
tio habet gradus, et secundum unum gradum est in actu, secundum aliū
est in potentia, ut est in motu quia motus est actus entis in potentia, et in
eo aliquid est acquisitum et aliquid acquirendum. Unde motus natura, ut
275 Simplicius dicit, est mixta «ex ... potentia et actu, ex determinato et inde-
terminato, ex informi et specie, et <ex> non ente simul et ente».

Secundum hanc autem distinctionem nullus actus creatus est qui sit
omnino absolutus, sed oportet secundum aliquem modum esse connexum
potentiae; aliquis quidem pluribus modis, aliquis autem paucioribus.

280 Sed quia philosophi, et praecipue Aristoteles, non multum fuerunt
locuti de illa potentia, qua dicitur aliquid possibile secundum potentiam
solum Dei agentis, nec etiam de potentia materiae obedientiali, ideo potest
accipi secundum eorum intentionem actus absolutus magis generaliter, ut
dicatur actus absolutus qui non est post potentiam quae sit in materia, nec
285 est etiam cum potentia simul. Et hoc modo omnes substantiae incorporeae
sunt actus absoluti.

Actus autem non absoluti sunt illi qui sunt in materia, sive sit actus
sicut forma, sive ut motus vel operatio.

256 vero *add.* non N 257 actum/actu BN non/nec B sed *add.* per BN 258
tamen/autem BN 265 aliquid/aliquis BN 266 quantum ad/secundum BN 267
illae *om.* BN ut cum/et tamen B; et cum N 269 sicut/scilicet T 272 in actu *add.*
et BT 273 (aliū) est *om.* BR ut est in motu ... entis in potentia *om.* B 274
natura/naturalis T 275 actu/endelichia *ed.* Pattin et indeterminato *om.* TRP; indeter-
minato/determinato B 276 ex informi et specie/et in forma et in specie TR; et informa-
ri et specie P <ex> *om.* BNTR 279 quidem/vero BN aliquis/aliqui N autem
om. B; vero N 282 solum/solius BN potentia *add.* Dei T materiae/materia N
286 actus/alicius B 287 Actus autem ... in materia *om.* T 288 sicut/sive B

Sic ergo declarata est haec distinctio, scilicet quod quidam est actus
 290 absolutus, quidam non absolutus, tam secundum intentionem philosopho-
 rum quam secundum veritatem.

III Nunc de tertio videndum est, an Deus proprie dicatur actus.

Est autem considerandum quod, licet communi nomine tam absolu-
 295 tus quam non absolutus vocetur actus, tamen philosophi, attendentes pro-
 prietatem et rerum et nominum, distinxerunt esse actum et esse actu. Et
 actum absolutum proprie vocaverunt actum, non absolutum autem vocave-
 runt quod actu vel esse actu; tamen unum accipitur indifferenter pro alio.

Sic tamen distinguuntur; ubi est diversitas in rebus, conveniens est
 300 etiam nomina esse propria et distincta.

Unde dicit Simplicius contra quosdam, qui dicebant quod actus est
 genus motus, distinguit actum contra esse actu dicens «quod quidem actu
 opponitur ad illud quod potentia et imperfecti est perfectio habitudinemque
 ad contrarium accepit.

305 Actus vero <hic secundum se> absolutus est ad nullum contrarium
 dictus, qui et ei quod actu est exhibet perfectionem. Multum ergo refert
 actu quidem esse figuram, actum vero non existere».

Et postea infra dicit contra illos: «Turbat autem praesentem sermo-
 nem illud quod actu confusum in actum; quod enim transmutatur ab eo
 310 quod potentia transmutatur in quod poterat»; attenditur enim hoc, «differt
 autem quae actu ab ipso actu secundum quod illud quidem actu ad illud
 quod potentia subsistit».

«Ipse autem actus secundum se est». Et haec nominum distinctio
 consona est intentioni Aristotelis.

315 Aristoteles enim, considerans distinctionem actus absoluti a non
 absoluto, actum absolutum proprio nomine vocavit endelichiam, quod idem

293 Nunc *lect. inc.* B (videndum) est *om.* B 296 distinxerunt/distinguerunt T
 299 distinguunt *lect. inc.* B 300 nomina/nominis BN 303 imperfecti *mss.* imper-
 fectio habitudinemque/habitudinem quia N; habitudinem quod P 304 accepit *mss.*
 prae-accepit 305 nullum/unum BN 306 dictus *om.* T exhibet/exibet BN 307
 figuram *lect. inc.* BT actum/actu BNT; actus vero ut P 308 Turbat/probat BR; *lect.*
inc. T 309 enim/qui BNT transmutatur *lect. inc.* BNT; *mss. ante* ab eo 310 in/ita
 B 311 autem *om.* BN ab/ad *ed.* Pattin quod illud quidem/illud quod BN; illud
 quia qua T 313 autem *om.* N se *om.* B nomen/nomini B 314 consona *lect.*
inc. T

301. *ed.* Pattin II p. 419.

308. *ed.* Pattin II p. 422.

315. Vol. VIII, 231 B; Bekker 1047a.

sonat quod in actu. Unde, cum definit motum, dicit quod motus est endelichia; non dicit quod sit actus.

Similiter, alibi de actibus non absolutis loquens, vocat endelichiam; et quaedam est endelichia perfecta, ut forma, quaedam imperfecta, ut motus. Et nomen proprie Aristoteles invenit, ut Simplicius refert, sic dicens: «Philosophi non solum cognoscere res volentes quae ab aliis ignorantur, quinimo, volentes exprimere his qui desiderant addiscere, aliquando fingere nomina compelluntur, sic ipsemet Aristoteles endelichiae nomen adinvenit».

Ad quid autem ipsum invenit, ostendit alibi, ut iam dictum est propter actus non absolutos.

Unde et, in IX, dicit quod actus nomen endelichia dicitur et de aliis, quod idem est ac si diceretur de actu absoluto et non absoluto.

Unde et, in X, etiam rationem assignat; non dicit actum sed magis illud quod actu, dicens: dicimus autem actu quidem non omnia.

Similiter post vero nomen actus dicit esse commune ad endelichiam et ad alia; translatore nomina communiter tulerunt unum pro alio.

Sic igitur patet distinctio actus in diversos modos. Sed quomodo se habeant hi modi ad nomen et rationem actus, sciendum quod actus analogice dicitur de his, et quantum ad nominis impositionem primo dicitur de motu, consequenter de forma; secundo de substantiis absolutis.

Secundum vero significationem nominis et rationis ad quam significandam ponitur, e converso est. Et ratio est, quia inter actus motus est notior, per quam etiam formam cognoscimus, quia actio fecit scire formam. Tamen motus, cum sit actus imperfectus, non tantum habet de ratione actus sicut forma; et similiter dicendum de his respectu actus absoluti.

Et sic patet secundum principale.

320 (forma) quaedam *add.* et B 321 sic/sicut B 323 quinimo/quin ymo RN; quin *om.* B volentes *add.* actus B 324 ipsemet *ed.* Pattin; ipseque BNTR; ipse P 326 Ad/ab B 331 autem/quidem B quidem *om.* B 333 nomina *om.* BNT tulerunt/transtulerunt BN 335 habeant/habent BN nomen et *add.* ad BNR 336 impositionem/positionem T 337 secundo *add.* vero B 339 ponitur/imponitur BN 341 tantum/tamen B habet/debet habere BN

319. IX Metaphys. Vol. VIII 241°K; Bekker 1050a.

321. *ed.* Pattin I.24.

326. *ed.* Pattin I.24.

328. Vol. VIII, 231B; Bekker 1047a.

330. vide IX Metaphys. Vol. VIII 235°G; Bekker 1048b.

345 III Tunc de tertio videndum est, an Deus proprie actus dicatur.

Et dicendum secundum praedicta quod, si loquamur de actu ut est commune ad absolutum et non absolutum, qui proprie dicitur endelichia, vel loquimur specialiter de actu secundum quod distinguitur contra esse actu vel endelichiam, et ut dicitur solum de non absoluto, vel loquimur de
350 actu secundum quod dicitur solum de endelichia.

Si primo modo sic dicendum, quod actus prout dicitur de Deo et translativae, licet non proprie idest soli. Hoc autem patet ex his quae dicta sunt in primo articulo, de notificatione actus et proprietatibus eius.

Actus enim importat completionem in esse, ut dictum est. Hoc
355 autem convenit Deo proprie, qui est ipsum esse et maxime esse, ita ut proprie dicatur et simpliciter 'qui est'. Unde Boetius, De Trinitate, dicit quod divina essentia «est vere forma, quae est ipsum esse, et ex qua est esse; omne enim esse est a forma». Et hoc supra, in alia quaestione de forma, dictum fuit.

Hoc idem patet ex proprietatibus ipsius actus quae supra dictae sunt. Deus enim est maxime ab aliis distinctus, quia maxime unus et simplex, ut alias declaratum est, in quaestione de uno.

Item, ipse est primum omnium entium et nihil eo est prius. Item, ipse est omnino immutabilis.

365 Item, ipse est causa effectiva, faciens alia actu. Item, ipse est maxime bonum.

Item, ipse est maxime verum et cognoscibile.

Horum autem aliqua declarata sunt, et aliqua declaranda adhuc magis in sequentibus, licet satis nota et a doctoribus sacris sufficienter
370 declarata. Unde auctoritates dimitto causa brevitatis.

348 loquimur/loquamur BN specialiter/simpliciter BN 349 (actu) vel/et BN 350
solum ante de actu B; ante secundum N 351 sic om. BN 352 idest om. T 354
Actus/actio N 355 est om. BNT et maxime esse om. B; et maxime corr. B1 356
simpliciter lect. inc. ante dicatur T 360 ipsius om. P actus om. N 362 ut/nam T
365 effectiva/effective T 367 (ipse) est om. B 368 adhuc/et hoc B 369 sequenti-
bus add. patebit B sacris/satis N 370 dimitto/dimittimus BN

353. in primo articulo l. 93 sqq.

356. PL 64, 1250B.

358. Quaestio II, (II) ed. Ypma, 40-46.

360. l. 140 sqq.

362. Quaestio III, (III,IV) ed. Ypma, 75-80.

Et est sciendum quod hoc est probatio a posteriori, scilicet per proprietates.

A priori autem arguitur quia est actus, ideo conveniunt sibi haec, sed a posteriori e converso, ut si est risibile, est homo; et in huiusmodi oportet uti probatione a posteriori.

Prima vero quae est ex notificatione est quasi argumentum a definitione.

Si vero loquamur de actu, prout accipitur pro absoluto et dividitur contra endelichiam et esse actu, sic convenit Deo, non solum proprie, id est non transsumptive, immo proprie, quia ipsi soli. Solum enim ipse est absolutus, quia nullam potentiam respicit et nulli potentiae connexus; quia neque est actus post potentiam neque cum potentia; tamen secundum philosophos aliquos omnia abstracta sunt absolute actus, id est sine potentia vel praecedente vel coniuncta, sed loquuntur de potentia materiae vel naturali, non de illa qua dicuntur possibilis per potentiam Dei, sed qua dicitur aliquid possibile per principium in ipso.

Avicenna tamen, accipiens communius possibile, dicit quod omnia sunt possibilis praeter unum. Unde omnia alia a primo sunt actus non absoluti.

Si vero loquamur de actu prout accipitur solum pro esse in actu, vel prout est endelichia, sic dicendum quod Deus non est actus proprie sed metaphorice, quia ipse non est actus alicuius subiecti vel materiae sicut forma, quae dicitur perfecta endelichia ut est actus, ut motus, ut satis patet, nec oportet probare.

Et sic patet tertium principale.

IV Quarto videndum, an sit necesse esse. Quod ideo inducitur nunc, ne oporteat facere de hoc quaestionem specialem, quamvis etiam alibi dictum fuit quomodo necessitas est in Deo et quomodo non; tamen quia hoc conexum est actui, ideo dicendum.

371 hoc/haec BR scilicet *om.* BN 373 haec *lect. inc.* T 374 sed/scilicet T; autem
 post posteriori P (et) in/ita B 375 oportet uti *om.* T; *lect. inc.* PR 376 est qua-
 si/equalibet T 380 solum/solus NR 381 quia/qui B nulli/nullus P potentiae
 add. est BN 382 (quia) neque ... neque/nec ... nec B 385 qua/ quae B (sed)
 qua/ quae B dicitur/dicuntur BN 386 possibile/potentiale B 391 prout/potest esse
 N 392 ipse/proprie BN 393 (motus) ut *om.* B 395 tertium *lect. inc.* T; principale
om. TP 397 nunc *lect. inc.* B 398 de hoc ante facere BN specialem/principalem
 BN 399 tamen/tunc B

387. Metaph. II,2,75b; aussi Metaph. VIII,6,99^{vo} ed. Venetiis 1508.

398. Quodl. I ed. Ypma, 84; Quodl. II ed. Ypma, 123-130.

Circa quod sciendum est quod Philosophus definit necessarium, quod impossibile est aliter se habere. Alii enim modi non habent locum in Deo, ut satis patet. Possibile vero quod potest esse et non esse.

405 Avicenna et Algezel dicunt quod necesse esse est quod non dependet ex alio; possibile vero quod ex alio pendet.

Sed licet illae notificationes videantur esse diversae, ad idem tamen tendunt, si bene considerentur. Omne enim quod potest esse et non esse, pendet ex alio. Ergo quod non pendet ex alio, non potest esse et non esse, et sic est necesse esse.

410 Similiter econverso, omne quod pendet ex alio, quantum est de se potest esse et non esse; ex quo a se non habet esse, quia, si aliud non esset, nec ipsum esset; non tamen dicitur possibile esse et non esse, esse principium in se.

Sic accepit Aristoteles, Avicenna vero primo modo. Et licet primo 415 existente, alia semper sint secundum ipsum, tamen si ipsum non esset, nec alia. Ideo, et cetera.

Secundum utramque distinctionem patet quod Deus, ex eo quod est actus absolutus, est necesse esse, quia actus absolutus non pendet ex alio, quia non respicit potentiam.

420 Similiter actus absolutus est omnino immutabilis, quia mutabile potest esse et non esse. Unde eo ipso quod actus absolutus est, non habet potentiam ad esse et non esse, sed semper actu est. Ideo est necesse esse et impossibile non esse, et cetera.

Et sic patet ad quaestionem, qua quaeritur utrum Deus proprie 425 dicatur actus.

Est autem hic una dubitatio circa tertium articulum.

Videtur enim quod nullus actus sit absolutus. Quod patet, quia non potest definiri nisi per comparisonem ad potentiam. Unde Philosophus, ut

405 pendet/dependet BNR (*ac ita deinceps*) 407 potest *corr.* B1; *om.* B 408 Ergo quod non pendet ex alio *om.* T 410 econverso/econtrario B (est) de *lect. inc.* B quantum est de se *post* et non esse P 412 tamen/tantum T 413 (principium) in se *om.* BN 414 vero *om.* BN 415 tamen *om.* T non/nunc *corr.* B1; *om.* T 418 (est actus) absolutus *add.* non B (quia) actus *om.* N 422 esse et *add.* ad BN non *corr.* B1; *om.* B actu est *add.* et BN 424 qua/quae T

401. V Metaph. Vol. VIII, 108°KL; Bekker 1015b; cfr. Averroes Epitomes tract. I Vol.

VIII 363°G; cfr. XII Metaph. 320°KL, Bekker 1072b (cfr. Quodl. II, 123, 124).

404. Cfr. V Metaph. Vol. VIII, 109°LM; text com. 6: 110 AB.

404. Tract. secundus (II.1); ed. Muckle p. 52 sq.

429. IX Metaphys. Vol. VIII, 235E.

430 supra dictum est, dicit quod actus est existere rem, non ita sicut dicitur potentia. Et Commentator dicit quod sunt relativa contraria. Ideo unum per aliud definitur. Nullus ergo actus absolutus est, si non potest intelligi sine potentia nec definiri. Quod etiam patet ex eo quod dividunt ens sicut differentiae contrariae.

435 Ad hoc dicendum quod non dicitur actus absolutus quia non habet potentiam sibi oppositam, quia omnis actus habet sibi contrariam potentiam; et verum est quod actus et potentia sunt contraria.

Sed contraria dicuntur multipliciter, ut patet per Philosophum, V Metaphysicae, quia vel illa quae non possunt simul adesse eidem differentium secundum genus et quae plurimum differunt eorum quae sunt in eodem genere, et quae plurimum differunt eorum quae sunt sub eadem potestate et quorum differentia maxime ut simpliciter, vel secundum genus vel secundum speciem.

Secundum autem aliquem horum modorum proprie faciunt contrarietatem. Non ergo dicitur actus absolutus quia nullo modo habeat potentiam oppositam, sed quia non habet eam oppositam ita quod succedat potentiae circa idem subiectum, sicut album et nigrum, et sicut ignis in actu et ignis in potentia se habent; nec etiam coniungitur eidem alicui potentiae in eodem subiecto, nec secundum unam perfectionem, nec secundum diversas.

Et sic patet quartum principale.

1. Ad primum ergo dicendum quod Deus nec est esse nec agere, accipiendo esse et agere ut actus sunt non absoluti.

455 Secundum autem quod esse et agere dicunt actum absolutum, Deus est esse et agere, sed haec in eo idem sunt. Sed tamen quomodo Deus dicatur actio, cum actio respicit potentiam, et Deus sit actus absolutus, patebit in sequenti quaestione.

Quod autem dicitur, quod affirmationes sunt incompactae, patet 460 alibi quid dicendum.

433 dividunt *lect. inc.* N 436 contrariam/contraria B potentiam *om.* T 339
differentium/differunt BN; *lect. inc.* T 440 plurimum *lect. inc.* T 442 (maxime)
ut/vel BN 446 eam/potentiam B 448 habent/habet T 449 perfectionem/causam
BN 451 quartum principale *om.* TR; principale *om.* P 453 (Deus) nec/non BN
454 (sunt) non/ut BN 455 autem/ergo BN 456 haec *om.* T tamen quomodo/cum
BN Deus *add.* consequentur BN 459 incompactae/compactae BN

431. in IX Metaphys. text. com. 11 Vol. VIII, 236^oG.

438. Vol. VIII, 118^oM; Bekker 1018a.

460. Quaestio VIII ed. Ypma, 230, 258; Quaestio XI, 31, 32.

2. Ad secundum dicendum quod actus in Deo significat substantiam. Dictum autem Damasceni debet intelligi. Hic enim dicit quia non possumus intelligere quid est Deus, tamen vere actus nomen significat substantiam Dei, sicut ipse consequenter dicit de hoc nomine qui est vel esse, de
465 quo dicit quod significat pelagus substantiae infinitum.

3. Ad tertium dicendum quod sicut in III Metaphysicae, et cetera. Tamen sciendum quod possibile uno modo potest sumi quod sequitur ad necesse esse et similiter ad actum esse, ut dicatur possibile quia non est impossibile; et tale possibile idem est quod actus secundum quod sequitur
470 ad ipsum.

4. Ad quartum dicendum quod esse actu et potentia sunt accidentia consequentia entis, ideo sunt praeter rationem entis communiter; esse autem actuale est praeter rationem essentiae, ita quod in creaturis differt res ab essentia modo alias dicto; in Deo autem solum ratione.

475 Vel potest dici quod postquam ratione, sicut in creaturis esse dicitur res secundum se accepta. Esse vero ut alii coniuncta sine quo non invenitur, ita in Deo res, quae est divina substantia, dicitur essentia ut consideratur. Dicitur autem esse ut est coniuncta suis perfectionibus vel modis essendi, sive absolutis sive respectivis sine quibus non invenitur actu, tamen
480 sunt praeter rationem essentiae, licet non sint alia res ab essentia, sed differunt ab essentia sicut modus a re.

Et sic proportionaliter dicendum est de esse et essentia in Deo et creaturis. Talis tamen differentia essentiae et esse in Deo non tollit eius simplicitatem. Sic ergo esse actu est praeter rationem essentiae secundum
485 quod essentia absolute accipitur, et cetera.

5. Ad quintum patet solutio ex his quae in principali solutione quaestionis dicta sunt, et cetera.

462 dicit/dicitur T 464 vel esse *corr.* B1; *om.* B 465 quod *om.* T significat *add.* substantiae B infinitum/infinite BN 468 similiter/simpliciter BN ad *om.* P; actu/actum BNP 471 esse actu/actus BN accidentia *om.* B 472 consequentia/com-
munia BN communiter *corr.* B1 entis /ens BR entis ... praeter rationem *corr.* B1; *om.* B 475 postquam *add.* in N Vel potest ... postquam ratione *om.* B 477 substantia/essentia B essentia/esse BN 479 (quibus) non *om.* N 480 sed differunt ab essentia *om.* BN 482 (dicendum) est *om.* BN 483 tamen/autem BN essentiae et esse/esse et essentiae N eius *om.* BN 484 Sic/si T; sicut R

462. De Fide Orthodoxa I, cap. IX, PG 94,835 AB; ed. Buytaert, pp. 48, 49.

466. Vol. VIII 62^oJK; Bekker 1002b, 1003a.

474. Quodlibet I quaestio IV ed. Ypma, pp. 43 sqq.

486. Quaestio XXII, III, l. 345 sqq.

6. Ad sextum dicendum quod actus qui Deo convenit, opponitur potentiae large contrariae, non secundum quod contraria sunt circa idem
490 subiectum.

Actus autem et potentia, qui sunt circa idem, prius est in potentia et post in actu. Haec sunt magis proprie contraria, licet et haec non per omnem modum habeant quidquid pertinet ad rationem contrariorum. Et de his loquitur Commentator ut patet ibi. Quod autem dicit Commentator, quod
495 actus et potentia sunt relativa quia in ad aliud est contrarietas ratione fundamenti, vel aliter, secundum quod ipse dicit, in X, contraria relativa sunt illa relativa quae ex aequo ad invicem referuntur similiter, ut duplum et dimidium. Relativa vero non contraria sunt illa quae non sic, ut scibile et scientia.

7. Ad septimum dicendum quod plures relationes sicut non dicuntur plures res sed plures modi reales, nec plures essentiae sed plures modi essendi, sic nec dicuntur plures actus; sed potest concedi quod sunt plures modi essendi actu.

8. Ad octavum dicendum quod Deo convenit potentia, non quae contrariatur actui qui de Deo dicitur, sed quae magis fundatur in actu, scilicet
505 potentia activa, ut patebit infra. Et ideo, sicut dicitur simpliciter potens, ita et simpliciter actus.

9. Ad nonum dicendum quod materia est se tota potentia cum sit substantia simplex.

510 Quod autem dicitur quod est aliquid, dicendum quod non propter hoc sequitur quod sit aliquo modo actu, quia, cum potentia et actus dividant ens, potest dici aliquid ens aliquo modo; quod tamen non est actus.

Quod autem dicitur de habilitatibus, dicendum quod illae habilitates sunt aliquid additum materiae et dicunt respectum solum supra ipsam vel
515 formam ut in inchoatione, quae tamen non dicitur actus sed magis potentia.

491 (potentia) qui/quae BN 492 proprie *om.* N omnem *lect. inc.* B 494 ibi *om.* B 496 (fundamenti) vel *om.* BN 496 X *add.* Metaphysicae N 497 (ex) aequo /quo B ad/ex N similiter/simpliciter BN 501 (essentiae) sed/nec BN 504 (non) quae/quia B 508 materia est *add.* de BN 511 actus/actu T 512 potest *add.* tamen T aliquid *corr.* B1; *om.* B 513 habilitatibus/habitudinibus T 515 (ut) in *om.* T in inchoatione/inclinationem BN

494. in III Metaph. text. com. 19 Vol. VIII, 62^{vo}M 63 AB; in IX Metaph. text. com. 11 Vol. VIII, 236^oG.

496. Cfr. text. com. 13 Vol. VIII 261^oGH.

506. Cfr. Quaestio XXIII.

Tamen, dato quod materia non se tota esset actus, adhuc non sequitur argumentum quod actus secundum quod huiusmodi non dependet a potentia, sicut essentiae potentia ab actu.

520 Unde numquam invenitur potentia quae non sit coniuncta alicui actui. Est tamen aliquis actus qui non est coniunctus alicui potentiae, loquendo de potentia importante imperfectionem.

10. Ad decimum dicendum quod in Deo nulla est compositio. Et quod dicitur de identitate et differentia reali, dicendum quod Pater est idem Filio
525 re absoluta et proprie dicitur res. Distinguitur tamen ab eo re relativa, quae non est res, sed magis circumstantia rei dicitur.

Unde sequitur quod non per unum et idem re sit idem et distinctum; non tamen sequitur compositio, quia relatio et esse dicuntur unum re in quantum dicunt unam essentiam. Dicuntur autem non unum in quantum
530 differt ab essentia relatio, sicut modus rei a re; quae tamen differentia compositionem non facit, etiam in creaturis.

Eindhoven

Eelcko YPMA, O.S.A.

518 dependet/pendeat B 520 invenitur/potest inveniri BN (non) sit/est T 524
identitate mss. ydemptitate Filio *post* re absoluta T 526 dicitur *om.* BN 527 idem
om. T 528 tamen *om.* BN 529 non *om.* N 530 relatio *ante* ab essentia B 531
etiam in *om.* B